

TERTII REG.

seco anima pueri huius ad interioria eius. Hinc patet quod receperat anima: hoc est quod vere mortuus erat. Vnde & subiungitur.
 Et exaudiuit dominus vocem Eli' iahū: & reuersa est anima pueri ad interioria eius, & renixit, vera enim resuscitatio mortui describitur. Et hic est primus mortuus qui ab initio mundi resuscitatus est. Taliusque Eli' iahū puerum, & depositum eum de cœnaculo in domum, & dedit illam matris iua: & ait Eli' iahū, en. Hebraice habetur. vide, viuit filius tuus, sed sensus in idem reddit. Dixitq; mulier ad Eli' iahū: nunc hoc cognoui. Hinc apparet mulierem illo modico tempore quo fuerat apud eam Elias admirata quidem fuisse & venerata virum dei, non tamen credidisse duo subiuncta, quod vir dei es. Nomen est Elohim. Et ad internam Eli' bonitatem referunt esse virum dei, credidit enim ex hoc facto quod vere cor Eli' erat sanctum coram summo iudice. & verbum domini in ore tuo verum est. Hebraice habetur. veritas. Alterum quod clare creditur tunc narratur: videlicet quod verbum summi dei in ore Eli' (hoc est q; Elias dicebat ex parte summi dei) esset veritas. Ante resuscitationem siquidem filii credebat quidem haec, sed non plena certitudine clarificata erat mens eius: & propterea dicit se nunc cognovisse in hoc inaudito à seculis facto.

CAPVT XVIII.

Rost dies autem multis, in domo mulieris transactos, verbum domini factum est ad Eli' iahū in anno tertio, à verbo domini ad eundem factum ut receiveret & absconderet se. Ita quod ab illa revelatione usque ad istam fluixerunt tres anni. Siccitas enim durauit annis tribus & mensibus sex: sed primis sex mensibus Elias mansit manifestus in terra Israël, nullo inferente ei molestiam, putantibus omnibus quod naturalis esset siccitas: sed dum viderent nimis protrahi, & conferrent verba Eli', volebat rex capere Eliam. & tunc ille monitus à deo, recessit: & multis diebus mansit iuxta torrentem, multis autem in domo huius viduæ. Ita quod vniuersum tempus fugæ eius fuit triennium. Vnde & subditur, dicendo vade & ostende te Ach'ab. Triennium ergo occultationis ab Achab significatur. vt dem. Hebraicē habetur. & dabo pluuiam super faciem terre. Prædictus deus Elias quod cum se manifestauerit regi, dabit pluuiam: vt intrepidus accedat propter beneficium pluviæ affuturum, eō cuius defectum rex perire quebatur ipsum.

Abiitū

CAPVT XVIII.

258

Abiitque Eli' iahū ut ostenderet se Ach'ab; erat autem famæ verbem in Someron. Et vocauit Ach'ab Ho'bad' iahū qui erat super dominum: Ho'bad' iahū autem timebat dominum valde. Hic Habdias (vt hebrei aiūt) est Habdias ille qui inter duodecim prophetas minores quartus suppatur. Fuitq; cū excideret I'zel prophetas domini tulit Ho'bad' iahū centū prophetas & abscondit eos quinquagenos & quinquagenos in speluncis, et panis eos pane & aqua. Quādo & qua ratione Izebel filia regis Sidoniorum ac vxor regis Ach'ab interficerit prophetas domini, nō est scriptū: sed hic cōmemorati factū. Appellatur autē prophetæ domini, yiri religiosi qui diuinis laudib; publice insistebat: vt tempore Samuelis legimus chorū prophetarū cū musicis instrumentis laudasse deū. Et hinc apparet q; quanuis idolatria vigeret in regno Israēl, permittebatur tamē prophetæ (hoc est vacantes diuinis laudibus) in Israēl à regibus Israēl: sed isra regina alienigena persecuta est prophetas veri dei, impatiens forte publice laudari verum deum esse solum deum: ac per hoc vituperari suum Bahal. Dixit autem Ach'ab ad Ho'bad' iahū: vade in terram ad omnes fontes aquarum & in omnes valles. Sensum recte reddidit interpres, quanuis significantur torrites forte inuenientibus herbam & salvabis in equos & mulos, & iumenta non excidentur. Diuiseruntq; sibi terram ut circumirent eam: Ach'ab iuit per viam vñā solus, & Ho'bad' iahū per viā vñā solus.

Cūque esset Ho'bad' iahū in via, Eli' iahū occurrit ei: & agnouit eum, ceciditque super faciem suam & dixit, nonne tu es dominus meus Eli' iahū. Cui ille respondit sum: vade dic domino tuo, adeſt Eli' iahū. Et dixit: quid peccavi quod tradis seruum tuum in manum Ach'ab ut interficiat me? Vnuit dominus deus tuus si est gens & regnum quo non misericordia dominus meus ad querendū te. Hyperbole est ad manifestandum magnam inquisitionem quam fecerat rex in omnibus regnis & gentibus vicinis. & respondētibus cūclu non est hic, adiuravit regna & gētes quod minime reperieris, hoc est nō contentus simplici responsione nunciorū suorum rex voluit testimoniales iuratās à regnis & gētibus q; non repertus esset ibi Elias qui causam tātē siccitatis se iactauerat. Et nūc tu dicas: vade dic domino tuo, adeſt Eli' iahū. Cūq; recessero à te spiritus domini asportabit te ad locū quēnon cognoscā; & ingressus nunciabo Ach'ab, & non inueniens te interficiet me: seruum autē tuus timet dominum à pueritia sua. Nonne indicatum est domino meo quod feci cum interficeret I'zel prophetas domini? abscondi de prophētiis

Kk ij tis

TERTII REG.

in domini centum viros quinquagenos & quinquagenos in speluncis, & pauci eos pane & aqua. Et nunc tu dicas, vade, dic domino tuo ad eum Eli' iahū: & interficiet me. Dixitque Eli' iahū: virgit dominus exercitum ante cuius vultum sto. Legendum est ut supra. viuis Iehouah exercitum in cuius fleti facie, quod hodie apparebo ei. Iuravit Elias teste vita summi dei datus esse exercitibus celorum & terra. & manifestat modum quo nouit quod promittit: vis delicit quod stetit in facie dei, contemplando & iussa faciendo. & propterea promittit quod nullo divino raptu impediatur hodierna eius manifestatio personalis coram rege. Abiit ergo Ho'bad' iahū in occursum Ach'ab, et indicavit existiri qd; Ach'ab in occursum Eli' iahū. Cuiq; vidisset Ach'ab Eli' iahū, dixit Ach'ab ad eum: tu ne es ille qui conturbas Israel? Ratione tantæ siccitatis comminata ab Elia, arguitur quod cōturbat Israel: & ob hanc reprehensionem occurrit ei Ach'ab. Et dixit: nō turbauis Israelem, sed tu & domus patris tui, qui dereliquisti mandata domini & secu'is esis Behalim. Directe respōdet causam mētioriam turbationis non fuisse ipsum Iaham, sed regē & domū eius posthabendo in data dei & colendo Bahal. Et nunc mitte, & congrega ad me totum Israel ad montem charmel: & prophetas Bahal quadrigeatos & quinquaginta & prophetas lucorum quadrigeatos, comedentes de mensa I'zebel. Tacet author sermonem medium quo Elias post responsionem regi data de merito siccitatis, dulci sermone prouocauit regem ad cōgregandum populum & prophetas tam Bahal quam lucorum. & per prophetas intellige quasi clericos Bahal & lucorum: eos scilicet qui erant ministri cultus Bahal & lucorum.

Misitq; Ach'ab ad omnes filios Israel: & congregauit prophetas ad montem charmel. Accessit autem Eli' iahū ad totum populum & dixit: vsquequo claudicatis in duas partes? Hebraice habetur. in duas cogitationes: vsquequo ad instar claudicatiū inter duas cogitationes (colendi videlicet Iehouah fontem effundi vel Bahal) perseuerabis? Et hinc apparet quod diuisi erant tum quo ad personas, quibusdam colentibus deum creare celi & terræ & multis coléntibus Bahal: tum quo ad fluctuantes cogitationes in uno & eodem homine, an deum Abraham Ishaq & Iacob an Bahal coleret. si dominus est deus, Hebraice habetur. si Iehouah Elohim, hoc est si fons effundi omnibus est gubernator & iudex. ite post eum, & si Bahal ite post eum. omnes enim proni sumus ad colendum illum deum

qui

CAPYT XVIII.

233

qui est noster gubernator & iudex. & non respondit populus eis verbum. vt pote diuisus & ambiguus. Dixitq; Eli' iahū ad populum: ego remansi propheta domini solus, manifestus in Israel: propheta autē Bahal sunt quadringēti & quinquaginta vii. Denuo nobis duo tauri, & eligant sibi taurum unum & in frusta concidant eum & ponant super ligna ignem autem non supponant: & ego faciam taurum alterum & ponam super ligna, & ignem non supponam. Inuocateq; nomina deorum vestrorū, & ego inuocabo nomen dei mei. Hebraice habetur. nomen Iehouah, sic enim nominatur deus Abrahā Ishaq & Iacob &c. et deus qui exaudiens per ignem ipse sit deus. Parui refert qd; hebraice habet. & erit, Elohim qui respondebit in igne, ipse Elohim. Alias diximus quod Iehouah erat nomen proprium summi dei qui creauit celos & terram: Elohim autem nomen cōmune à iudicio sumptum ad significandum iudices, appropriatum autem sēpe ad significandum deū quatenus gubernat & iudicat nos. & ppter Elias proponit quod ille Elohim qui respondebit sacrificantibus sibi dando ignem vorantem holocaustum, ipse Elohim habeatur, ipse colatur vt deus gubernator & iudex. respondebitque totus populus & dixit, optima propositio quam locutus est Elias. Hebraice babetur, bona res, sed interpres extendit.

Dixitq; Eli' iahū ad prophetas Bahal: eligit vobis taurum unum & facite primi, quia plures esis, & inuocate nomina deorum vestrorū & ignem non supponatis. Nō sunt vobis prouocantis ad peccandum, sed dirigen'tis peccatum eorum in cōfusionem eorum & ignominia Bahal. ad hoc enim reseruauit sibi posteriorē locum vt prius manifeste pateret impotens Bahal & cōfusio eorum. Tulerintque taurum quem dederat eis, non Elias, sed populus, non determinate, sed data optione. populus enim duo's tauros protulit, & ipsi elegerunt alterū. & fecerunt & inuocauerunt nomen Bahal à mane usq; ad meridiē dicendo, Bahal exaudiens nos. Hinc patet quod conuenerant partiendo diem: ita quod usq; ad meridiem esset tempus sacrificii Bahal, postea autem esset tempus sacrificii Elias. & non erat vox neq; qui responderet: transiliebantque altare quod fecerant. Hebraice habetur, et claudicauerunt super altare quod fecerunt. Nescio qua' ceremonia hæc esset: ignotus enim est nobis illorū titus. Cuiq; iam esset meridiē, illudebat ei Eli' iahū dicendo: clamante voce magna, quia deus vester est & forsitan loquitur aut in diuersorio est aut in itinere, aut certe dormit ut excutitur. Hebraice habetur, quia Elohim

Kk iii ipsi

ipse, quia colloquiū & quia additio ipse, & quia via ipsi: forte dormiens ipse & excitabitur. Irridendo dicit voce magna invocandum Bahal, quia ipse est Elohim: hoc est curam gerens. & propterea vel est in colloquio cum aliquo, vel superuenit ei aliquid negocium, vel est in itinere vel dormit. Clamabantque voce magna: & incidebant se iuxta ritum suum cultris & lanceolis, donec perfunderentur sanguine. Vide ad quantam dementiam deduxit eos diabolus.

*P*ostquam autem transit meridies, prophetauerunt. hoc est culum Bahal exercuerunt, donec venisset tempus quo sacrificium offerri soleret. Hebraice habetur. *vñque ad ascensum muneris.* Ipsum sacrificium appellatur monus, & offerre illud appellatur ascensus. *vñque ergo ad terminum expectatum significatur, & aliquantum post meridem.* *& nou* ~~at~~ *vox neque respōdens neque attendens.* *Dixitque Eli' iahu ad totum populum, accedite ad me: accessitque totus populus ad eum, et curauit altare domini dirutum.* hoc est instar curatatis medici reparauit altare summi dei quod ibi erat dirutum: *à quo autem olim fuerit aedificatum altare hoc, nescitur.* *Tulique Eli' iahu duodecim lapides, iuxta numerum tribuum filiorum Iahacob.* Simul Elias veneratur vniuersas tribus & patriarchas eorum, & communem patrem Iacob ratione diuini beneficij collati Iacob mutando illi nomen. *ad quem factus est sermo domini dicens, Israel erit nomen tuum.* Intelligentem est Eliam cōmemorasse hoc & aptissime ad propositum: quoniam Israel sonat dominabitur deus, & vere tunc implendū erat hoc in sacrificio illo: *vt rei probauit euentus.* Et aedificauit ex lapidibus altare in nomine domini: *fecisque aqueductum quasi per duas arcuinas.* Hebraice habetur. *& fecit canalem sicut mensuram duorum satorum sementis in circumitu altaris.* Suleus similis sulco inter porcas debita mensura separatas significatur: cuius per ambitum altaris circumitus tantus describitur secundum longitudinem ut in porca illius duo sata sementis seri possent: non enim in sulco, sed in porca seritur. Nescimus autem quantitatem mensuræ vocatæ Seah & interpretatæ satum. Composuitque ligna: *& dixit per membra tauri, & posuit super ligna.* Et ait, *implete quatuor hydrias aqua & fundite super holocaustum & super ligna;* *dixitque iterat, & iteraverunt:* *& dixit tertio facite, & tertio fecerunt.* Ibantque aqua per circumitum altari: *& etiam canalis impletus est aqua.* Ex hoc quod canalis supradescritu impletus

impletus aqua dicitur, habes supradicto sensu intelligendam esse latitudinem canalis.

Cumque iam tempus esset ut offerretur holocaustum. Hebraice habetur. Et fuit in ascensu muneris. hoc est offerendo sacrificiū. accessit Eli' iahu propheta, procul dubio ad altare: ipse enim sacerdos fungebatur officio. *& ait: domine Deus Abraham Israhac & Israel, ostende hodie quod tu es Deus Israel.* Patui refert quod Hebraice habetur. *hodie cognoscatur quod tu Elohim ad Israel.* Potest tamen legi. in Israel. ad hoc enim haec faciebat Elias ut cognosceretur quod Deus Abraham Israhac & Jacob esset verus Deus gubernator & iudex manifestatus in & ad Israel. *& ego seruus tuus,* *& iuxta preceptum tuum feci omnia verba hec.* ne presumptionis argui possum, & quod sacerdotis mihi officium usurpo, & quod extra templum tuum sacrificio, & quod nouum miraculum promisi. *Exaudi me domine exaudi me,* *& cognoscat populus hic quod tu es dominus Deus.* Legendum est. quod tu Iehovah Elohim. hoc est quod tu Iehovah es Elohim iudex omnium. *& tu concitisti corda eorum iterum.* Hebraice habetur. *& tu fecisti revertere cor eorum retro.* Et est sensus, cognoscat etiam populus quod tu effectisti hoc novo miraculo ut revertetur cor eorum retro ab idolatria in qua ambulabant. Et in hoc petit conuersionem populi ad Deum verum. Oravit itaq; primum pro honore Dei: deinde pro testimonio sui: & tertio pro conuersione populi. Cecidit autem ignis domini, & voravit holocaustum & ligna & lapides. Ecce miraculum, & puluorem, ex quo loco clementi aedificatum erat altare. & aquam quæ erat in canali, linxit.

Viditque totus populus, *& cecidit super faciem suam adorando summum deum.* Ecce fructus in cordibus populi. *& dixit,* dominus ipse est Deus, dominus ipse est Deus. *Dixitque Eli' iahu ad eos,* apprehendite prophetas Bahal, nullus evadat ex his: apprehenderintque eos, & descenderet fecit eos Eli' iahu ad torrentem Cison, & interfecit eos ibi, per populum. Et dixit Eli' iahu ad Achab ascendere comedere & bibere, quia sonus multa pluviae est. Descripto opere Elias in sacrificio & confusione ac occisione idollatarum, describitur restitutio pluviae desiderata, placato siquidem Deo ob iustitiam factam in prophetas idolorum, instare iam pluviam multam dicit se nosse Elias, tanquam tonitra præcedentia pluviam essent in aere, in quo nulla apparerat nubes. hac enim metaphora vtitur dicendo vocē multi-

TERTII REG.

tudinis pluiae. Quanvis possit vox haec referri ad ipsum sonum qui causatur ex multitudine pluiae: ut futura pluia tanquam praesens significetur sonans.

Ascendi qd Ach' ab ut comedoret & biberet: Eli' iahu autem ascendit in vertice Carmel, & prouis in terram posuit faciem suam. Iuxta Hebreum habetur, & prostrauit se ad terram, & posuit faciem suam inter genua sua. Due actiones successivè narrantur. altera quod prostrauit se in terram, orando pro pluiae quam illi promiserat Deus. altera quod deinde sedidit in terra ponens faciem suam inter genua sua, ad prosequendum supplicationem. Deus enim volens dare pluiae volebat intercedente non exigua supplicatione Eliæ dare illam: & properea Elias perseuerat orando pro pollicita pluiae. Possumus tamē & rectius restorationē priorē referre ad gratiarū actionē Deo pro beneficio miraculi in igne holocausti & vindictae idolatriā cōuerſionis que populi orationem aut inter genua referre ad pluiae. Et dixit ad puerū suum, ascende queso & respice contra viam maris: qui ascēdit & respexit & ait, non est quicquam: & dixit, revertere septem vicibus. Videns Elias nullum adhuc pluiae signum apparere, consecratum septenarium numerum (à Deo sanctificante septimum diem, & à legē eundem numerū saepissime decermente) venerando indicit, tanquam adhibens etiam officia pueri sui ut orationes. Vnde & septima vice intētum effectum obtinuit. In septima autem vice dixit, ecce nubes parna sicut rola viri ascēdit ē mari: & ait ascēde & dic ad Ach' ab, iunge currum & descend ne remoretur te pluiae. Cumq; se verteret huc atq; illuc. Iuxta Hebreum habetur. Et fuit usque sic & usq; sic, & cœli contenebrati sunt nubibus & vento, & facta est pluiae grandis. Tēpus variarum actionum quibus se occuparunt ministri ac serui regis donec equitarent & rex ascenderet currū, significatur dicendo usq; sic & usq; sic. & est sensus quod interīm contenebrati sunt cœli & fuit ventus cum nubibus. equitauit qd Ach' ab, & abiit in Iizrehel. An inchoata pluiae aīcēderit currū, nō est certū. Et manus domini fuit super Eli' iahu: & accinxit lūbos suos. & cœcurrit ante Ach' ab donec veniret in Iizrehel. Ut authore Deo cognoscetur utrūq; (videlicet & beneficium pluiae, & officium Eliæ exhibutum regi praeundo) describitur manus domini super Eliam. erat enim officium cursus istius velut declaratio diuini verbi quod olim predixerat, qd nō erit pluiae multis annis nisi secūdū verbū ipsius Eliæ.

C A P.

CAPVT

XIX.

Vnclauit autem Ach' ab Izebeli omnia que fecerat Eli' iahu: & quomodo occiderat omnes prophetas gladio. Misitq; Izebel nuncium ad Eli' iahu dicendo: sic mibi faciant dñ & sic addant nisi hoc tempore cras posuero animam tuam sicut animam uniuersitatis ex illis.

Timuit ergo Elias, & surgens abiit quocunque cum ferebat voluntas. Iuxta Hebreum habetur. Et vidit & surrexit & iuit ad animam suam, & venit Beersabah que Ichude. Auditio nunciō saeuæ reginæ vidit periculum, & surrexit & iuit ad saluandum vitam suam: & primum declinavit à regno Israel ad terram Iudæ in locum qui dicitur Beersabah. & dimisit puerum suum ibi: filium viduæ Sarephthanæ. Ionam prophetam aiunt Hebrei fuisse hunc querum, qui ideo relictus est ibi, ne pateteretur in deserto sequendo Eliam. Ipse autem perrexit in desertum, fugiens Izebel, via unius diei, intra desertum, venitque & sedid subter unam iuniperam. Ne contendas cum interpretantibus genestam. & petuit anima sue ut moriretur. Animam pro vita ponitur. Et modus quo petuit subiungitur. & ait sufficit mihi. Iuxta Hebreum habetur, multum nunc domine, hoc est multum vixivi uiendo usque nunc. tolle animam meam. Supplex rogat Deum ut faciat eum transire ex hac vita. Et rationem subdit. neque enim melior sum quam patres mei, qui mortui sunt, ut maior mea bonitas exigat perseverare vitam meam. Sed quæstio occurrit quomodo verificantur hæc duo simul: quod Elias ex corde petat morti, & fugiat deliberato animo mortem. Solutio est quod Elias non fugiebat mortem, sed modum mortis, scilicet occidi ab Izebel: ne daret cornu peccatori, quasi prævalenti in deum cuius mandato occiderat Elias prophetas idolorū. Et decubuit & dormiuit subter unam iuniperum: & ecce angelus domini tetigit eum. Hebraice habetur. & ecce isto angelus tangens eum, hoc est in hoc (videlicet quod dormiebat) angelus tactu excitauit eum. & dixit ei, surge, comedie. Respxisit, & ecce ad caput eius subcinericias pani & Phiala aquæ: comedit ergo & bibit, & rursum decubuit. Recensus est autem angelus domini secundo, & tetigit eum & dixit: surge comedie, grandis enim tibi restat via. Surrexitque & comedit & bibit: & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Admiranda valde virtus data illi panis, ut sat esset labori itineris quadraginta dierum. usque ad montem

D*e*s

263

TERTII REG.

Deī Chōreb. Nominatur Deus Elohim. & Chōreb appellatur mons Elohim, tum quia ibi primum apparuit Deus Moī in flamma rubi ad liberandum populum de Agypto: tū p̄cipue quia Chōreb pars est montis Sīnai in quo apparuit Elohim legislator.

Cūmque venisset illuc, māsit in spelunca. Hebraica dictio plusquam manere significat: videlicet quiescere dormiendo. & ecce sermo domini ad eum. dormientem ex hoc enim quod̄ de scriptus est dormisse in spelunca, insinuatur quod̄ dormienti apparuit alloquens eum angelus in persona Dei. & dixit ei, quid hic agis Elia? Iuxta Hebræum habetur. quid tibi hic Eli' iahū? Interrogatio hæc non ex ignorantia, sed ex prouidentia proceruit: ut respōdendo prepararetur Elias ad hoc vt instrueretur à Deo, tum de qualitate dignæ gubernationis, tum de prouisione futura. Et dixit, zelando zelatus sum pro domino Deo exercitus; Ecce ratio quæ impulit Eliam ad ea quæ fecerat contra idolatras, quia dereliquerunt pæctum domini. Legendum est, pæctum tuum filij Israēl. Deum enim alloquitur. Pæctum autem nominat, quia vere pæctum fuerat in deserto sub monte Sīnai de cultu vnius summi Dei, aspergente sanguinem Mōse &c. altaria tua destruxerunt, erant enim altaria multa constructa ad honorem summi Dei in diuersis locis à tempore Abrāhā usque tunc, quæ ad tollendum penitus diuinum cultum à regno Israēl destructa erant. & prophetas tuos occiderunt gladio. In p̄cedenti capitulo cōmemorata est clades prophetarum Dei. & derelictus sum ego solus. Parui refert & Hebraice habetur. & derelictus sum ego, solus ego. Et verū dicit inter Dei prophetas tunc manifestos. & querunt animam meam ut auferant eam. Et hoc directe respondet quæsito quid tibi hic Elia? potentiam reginæ fugiens maneo hic.

Et ait, egredere & sta in monte coram domino. Ex eo quod̄ nō dicit & ascende in montem sed stabis in mōte, insinuatur quod̄ spelunca nō erat in planicie, sed in ipso mōte ita quod̄ egrediens speluncam stabat in monte coram domino transiit in specie sensibili. Et hic finitur sermo diuinus ad Eliam in spelunca & subiungendū more scriptorum fuisse quod̄ Elias paruit diuino mādato & egressus stetit in monte: sed authorib⁹ subintelligendam hanc Elia obediētiam reliquit, subiuncturus post narratum transitum Dei locum in quo egressus Elias stetit ad videndum transitum Dei. & ecce dominus transiit.

CAPVT XIX.

262

transiit. Hebraice habetur, & ecce Iehouah transiens. Egresso Elia ex spelunca & stante in monte ante portam speluncæ, describitur summus Deus transiens in specie sensibili. & spiritus grandu & fortis, subueriens montes & confringens petras coram domino. Apparatus p̄cedens ipsum deum describitur, primum enim antecedebat spiritus (hoc est ventus) grādis & vehemens, ita vt subuerteret montes & constringeret petras. Nullum montem tunc subuersum nullaque petras confractas legimus. & propterea nomine venti significatur nō ipse corporeus ventus, sed species (hoc est sensibilis similitudo) venti, non qualiscunque sed magni atque fortis ad subuerendum montes & confringendum petras: quemadmodum appellatione Iehouah transiūtis nō ipse Deus sed species quedam intelligitur, nos in spiritu dominus. Manifestat quod̄ in vento illo non repræsentabatur p̄sens summus Deus. & post spūm commotio. Leg. est Et post spūm tremitus. Et similiter subiungendū est. Nō ī tremitu dominus, appauit. n. similitudo tremoris tāquā terremotus transiens post ventum: & declaratur quod̄ nec in illo tremitu repræsentabatur p̄senta summi Dei transiuntis. Et post commotionem ignis, non in igne dominus. Tertio loco (videlicet post tremitum) trāsfiuit species ignis: & declaratur quod̄ nec in illo igne repræsentabatur p̄senta Dei transiuntis, & post ignem sibilus aurē tenuis, Iuxta Hebræum habetur. & post ignem vox submissa subtilis. Deinde immediate sequitur.

Et fuit cum audire Eli' iahū. Aduerte prudens lector quod̄ in hac quarta specie sensibili repræsentabatur summus Deus transiens. Et quia sensibiles ista species formatæ sunt ad instruendum Eliam & posteros de mysteriis diuinæ prouidentiæ, intelligentium est quod̄ in hoc transitu diuino repræsentante diuinam gubernationem, manifestatur primo Eliæ fugienti persecutionem reginæ multiplex modus vindicādi in promptu coram Deo: videlicet per ventum subuententem & confringētem, per terremotum & per ignem: sed nullo istorum instrumentorum se velle vti puniēdo Izebel manifestat, ex eo quod̄ in nullo istoru diuina p̄senta transiens significatur. Et per hęc tria cōprehenduntur media omnia mirabilia ad vindictam, eo quod̄ summa, media & infima describuntur: summa in igne, media in vento, infima in tremitu. Mōsus autem diuinæ gubernationis aduersus persecutores prophetarum eius manifestatur in quarto sensibili transiente;

TERTII REG.

Dei Chorēb. Nominatur Deus Elohim. & Chorēb appellatur mons Elohim, tum quia ibi primum apparuit Deus Mois in flamma rubi ad liberandum populum de AEgypto: tū p̄cipue quia Chorēb pars est montis Sinai in quo apparuit Elohim legislator.

Cūmque venisset illuc, māsit in spelunca. Hebraica dictio plusquam manere significat: videlicet quiescere dormiendo. & ecce sermo domini ad eum. dormientem ex hoc enim quōd descriptus est dormisse in spelunca, insinuatur quōd dormienti apparuit alloquens eum angelus in persona Dei. & dixit ei, quid hic agis Elia? Iuxta Hebræum habetur. quid tibi hic Eli' iahū? Interrogatio hæc non ex ignorantia, sed ex prouidentia processit: ut respōdendo prepararetur Elias ad hoc vt instrueretur à Deo, tum de qualitate dignæ gubernationis, tum de prouisione futura. Et dixit, zelando zelatus sum pro domino Deo exercituum: Ecce ratio quæ impuli Eliam ad ea quæ fecerat contra idolatras, quia dereliquerunt pæctum domini. Legendum est. pæctum tuum filij Israhel. Deum enim alloquitur. Pæctum autem nominat, quia vere pæctum fuerat in deserto sub monte Sinai de cultu vnius summi Dei, aspergente sanguinem Mose &c. altaria tua destruxerunt, erant enim altaria multa constructa ad honorem summi Dei in diuersis locis à tempore Abrahæ usque tunc, quæ ad tollendum penitus diuinum cultum à regno Israhel destructa erant. & prophetas ius occiderunt gladio. In p̄cedenti capitulo cōmemorata est clades prophetarum Dei. & derelictus sum ego solus. Parui refert & Hebraice habetur. & derelictus sum ego, solus ego. Et verū dicit inter Dei prophetas tunc manifestos. & querunt animam meam ut auferant eam. Et hoc direxte respondet quæsto quid tibi hic Elia? potentiam reginæ fugiens maneo hic.

Et ait, egredere & sta in monte coram domino. Ex eo quod nō dicit & ascende in montem sed stabis in mōte, insinuatur ꝑ spelunca nō erat in planicie, sed in ipso mōte ita quōd egrediens speluncam stabat in monte coram domino transierto in specie sensibili. Et hic finitur sermo diuinus ad Eliam in spelunca. & subiugendū more scriptorum fuisse quōd Elias paruit diuino mādato & egressus stetit in monte: sed authorib⁹ subintelligendam hauc Eliam obedientiam reliquit, subiuncturus post narratum transitum Dei locum in quo egressus Elias stetit ad videndum transitum Dei. & ecce dominus transit.

CAPVT XIX.

262

transit. Hebraice habetur. & ecce Iehouah transiens. Egresso Elia ex spelunca & stante in monte ante portam speluncæ, describitur summus Deus transiens in specie sensibili. & spiritus grandis & fortis, subuerteret montes & confringens petras coram domino. Apparatus p̄cedens ipsum deum describitur, primum enim antecedebat spiritus (hoc est ventus) grādis & vehemens, ita vt subuerteret montes & confringere petras. Nullum montem tunc subuersum nullāsque petras confratas legimus. & propterea nomine venti significatur nō ipse corporeus ventus, sed species (hoc est sensibilis similitudo) venti, non qualisunque sed magni atque fortis ad subuerendum montes & confringendum petras: quemadmodum appellatione Iehouah transiētis nō ipse Deus sed species quædam intelligitur, nō in spiritu dominus. Manifestatur quōd in vento illo non repräsentabatur p̄sens summus Deus. & post spūm commotio. Leg. est. Et post spūm tremitus. Et similiter subiugendū est. Nō ī tremitu dominus, apparet ut n. similitudo tremoris tāquā terremotus transiens post ventum: & declaratur quōd nec in illo tremitu repräsentabatur p̄senta summi Dei transiuntis. Et post commotionem ignis, non in igne dominus. Tertio loco (videlicet post tremitum) trāsivit species ignis: & declaratur quōd nec in illo igne repräsentabatur p̄senta Dei transiuntis. & post ignem sibilus aurē tenuis. Iuxta Hebræum habetur. & post ignem vox submissa subtilis. Deinde immediate sequitur.

Et fuit cum audiret Eli' iahū. Aduerte prudens lector quōd in hac quarta specie sensibili repräsentabatur summus Deus transiens. Et quia sensibiles ista species formatæ sunt ad instruendum Eliam & posteros de mysteriis diuinæ prouidentiæ, intelligendum est quōd in hoc transitu diuino repräsentante diuinam gubernationem, manifestatur primo Eliæ suāgenti persecutionem reginæ multiplex modus vindicādi in promptu cotam Deo: videlicet per ventum subuententem & confringētem, per terremotum & per ignem: sed nullo istorum instrumentorum se velle vti puniēdo Izebel manifestat, ex eo quod in nullo istoru diuina p̄senta transiens significatur. Et per hęc tria cōprehenduntur media omnia mirabilia ad vindictam, eo quod summa, media & infima describuntur: summa in igne, media in vento, infima in tremitu. Mōsus autem diuinæ gubernationis aduersus persecutores prophetarum eius manifestatur in quarto sensibili transiente:

videlicet voce submissa subtili. in hac enim representabatur summus Deus trāiens. Et vox quidē eruditio, submissione vero quasi māsuetudo, subtilitate autē penetratio significat. Vox n. auditu, qui sensus est disciplinæ, percipitur: & ideo aptē vox doctrinā erudentē nos significat. Et quēadmodū vox clamosa ex aliqua animi prurbatione procedit, submissa autē vox ex quieto mansuetōq; animo, sic ad significādū diuinā velut patientiā ac māsuetudinē in progressu ad vindictā, formata est vox nō clamosa, sed submissa. subtilis autē ad significādū q; penetratiua est cordiū electorū. ut intelligamus utilem esse electis huiusmodi vocē submissam: hoc est velut patientem ac māsuetum diuinā hubernationis modum quo procedit ad vindictā eorum qui persequuntur sanctos eius. Poteſt nihilominus subtilitas vocis ad vindictā efficaciam referri: ut quanuis vox mansueta, penetratiua tamen ad efficaciam vindictā appareat. Directe itaque per has sensibiles species instruit Deus Eliā quod nō cum terribilibus instrumentis ignis, venti subuententis aut terremotus, sed suaviter erudiendo cū mansuetudine & patientiā ad utilitatem electorum & efficacem punitionem malorum procedit ipse inter persecutions suorum sanctorum. Et quia describitur Eliam audisse hanc vocem submissam subtilem, intelligēda est differentia inter tria prima sensibilia & hoc quartum sensibile: penes hoc quod illa tria apparuērunt sensibilia sensu visus, hoc autem quartum sensibile sensu auditus. Et hinc habetur altera differentia quod in illis tribus non fuerunt ut dictum est ventus ignis & tremitus, sed similitudines eorum visibles transeuntes: in hoc autem quarto fuit vere formata vox audibilis submissa ac acuta, quam audiuit Elias, qua deus dixit Eliā subiuncta operuit faciem suam pallio suo, indignum se arbitrans ut versus Deū p̄s̄entem aspiceret. intellexit enim in voce illa summum Deum transeuntem: ut ei promissum fuerat in spelunca dormiēti. & egressus stetit in porta speluncæ. Aduerte quod egressus iste scribitur quidem post apparitionem istam, sed secundum ordinem historiæ fuit prius ut p̄diximus: sed postea commemoratur describendo locum in quo colloquium cum Deo habuit. Et si iuxter situm istum (videlicet ante ostium speluncæ) cum supradicto, videlicet stabis in monte: percipies quod ostium speluncæ non erat in planicie. sed in monte Horeb. & ecce vox ad eum. nō alia vox

quād

quād illa descripta submissa ac subtilis. repetitur enim ad manifestandum quid illa vox dictum fuerit: erat enim vox nō inanimati soni, sed articulatę locutionis. & dixit, quid hic agis Eliā? Legendum est. quid tibi hic Eliā iahū? Ecce quid dixit vox illa. idem autem querit à vigilante Eliā quod quæsierat ab eodem dormiente, ut hinc etiam manifestaret seipsum fuisse qui apparuerat ei in somnis. Et repetit quæſtionem ut magis p̄paretur Elias ad intelligendum tam mysteria ap̄paritionis sensibilis quād futura prouisionis quæ subiungitur. Et dixit: zelando zelatus sum pro domino Deo exercituum, quia dereliquerant p̄altum tuum filij Israel, altaria tua destruerunt & prophetas tuos occiderūt gladio remansisq; ego solus, & querunt animam meam ut auferant eam. Eandem penitus respōsionem dat Elias vigilans, quād dederat dormiens.

Et ait dominus ad eum. proculdubio per illam vacem submissam ac subtilem. vade, reuertere in viam tuā. Ecce prouisio suavis aduersus idolatras, per desertum in Damascum. Legendum est. per desertum Damasci. nō enim mittitur in Damascum, sed per viam deserti Damasceni. cūque peruenieris illic. Iuxta Hebreūm habetur. & venies. nec aliud adiungitur: sed immediate subditur. & vnges Chazael in regem super Syriam. Et Iehu filium Nimsi vnges in regem super Israel: & Elisah filium Saphat de Abel mechola, vnges in prophetā p̄te. Prædicit ei quod perueniet securus, & mandat tria: videlicet vngere duos reges & vnum prophetam. An autem vngere hoc in loco sumatur pro ipsa sensibili vñctione an pro constitutione, certum non est. executio siquidem vñctionum harum nūquam legitur facta per Eliam: immo & institutiones regum illorum non per Eliam, sed per Eliseum facta leguntur. Verum hoc non aduersator veritati scripture huius: quia hoc ipsum sic exequendum litera hæc significat, dicendo prophetam p̄te: ad hoc enim Eliseus surrogandus dicitur pro Eliā, ut loco Eliā de mādato ipsius Eliā exequetur institutiones illorum duorum regum, Syriae videlicet & Israel. Et crit: euadēcum gladium Chazael interficiet Iehu. Ecce progressus diuinæ iustitiæ ad puniēdum idolatras per istos reges & per autoritatem Eliæ, & non per terremotus ventos aut ignem. Hic est modus diuinæ gubernationis representatus per vocē submissam & subtilem. & euadēcum gladium Iehu interficiet Elisah. Autoritate potius quād proprio opere intelligo, nisi ad percutiōnem

sonem puerorum de quibus inferius tractabitur hoc referatur. Nihil tamen prohibet & hoc ad litera ut sonat fuisse impleta, quanvis executio non sit scripta. Et remanens facia in Israe vel septem millia: omnia genera quae non curvauerunt se Bahali. Duo dicit alterum quod septem millia erant in Israel qui non adorauerant Bahal: ut sciret Elias quod quanvis ipse esset solus propheta Dei manifestus in Israel, multa tamen millia hominum erant in Israel qui non fuerant idolatras. alterum quod istos seruabat a gladiis istorum regum: ut sciret Elias quod non solius ipsius Eliæ cura habet, sed etiam tot millium contientiam non idola sed summum Deum. & omne os quod non adorauit eum osculans manum. Iuxta Hebreum habetur. & omne os quod non osculatum est eum. Quædam modum cultum Bahal descriptis à genuflexione, ita describit ab osculo statu Bahal: his enim exterioribus signis exhibebat cultu Bahal vulgus.

Abiitque inde, & repperit Eliyah filium Saphat aratrem in duodecim ingeris boum. Iuxta Hebreum habetur. & ipse arat, duodecim paria in facie eius. Dux sunt sententiae. altera quod Eliæus aequaliter arabat. altera quod ante faciem eius erant duodecim paria boum, proculdubio arantium: ut subiecta testatur. & ipse in duodecim iugis boum aratis vnuus erat. Iuxta Hebreum habetur. & ipse in duodecim. nec habetur aliud. Et est sensus quod ipse erat vnuus ex duodecim hominibus arantibus cum duodecim paribus boum. cuncte venisset Elias ad eum, misit pallium suum super eum. Parui resert quod Hebraicè habetur. & transiuit Eliyah ad eum, & sicis pallium suum ad eum. Et reliquit boues & cucurrit post Eliyah. Vide nullâ narrari vñctione, sed iactu pallij super eum: quo tactu Eliæ cor mutata est statim, ut initio institutionis ipsius in prophetâ loco Eliæ intelligatur: reliquit enim statim boues, & cucurrit post Eliyah. & dixit, oscular obsecro patrem meum & matrem meam & veniam post te. hoc est cu bona gratia paratu recedere ex domo cõcede mihi. dixitq; ei, vade & reuertere, quod enim meum erat feci tibi. Iuxta Heb. habetur. quid enim feci tibi: Non sunt verba ignorantis factu in corde Eliæ: sed manifestatis causam talis facta mutationis non fuisse ipsum Eliyah sed Deus. qui solus potest efficere mutationem cordis. Acs apertius dixisset: ego non nisi pallio te terigi, Deus autem tetigit cor tuum. Reuersusq; est ab eo, & tulit parbum & mactauit illud, & in aratro boum coxit eis carnes. Ut acceleraret opus, ysus est arato pro lignis ad coquendū carnes.

& dedit populo & comederunt. Cōiuīū celebrauit ob vocationē sui ad sequendū Eliā, surrexitq; & abiit post Eliyah, & ministrabat ei.

CAPVT. XX,

Ben'hadab autem rex Syriae congregauit totum exercitum suū, & trigintaduo reges secū & equos & currus. Quilibet oppidi dominus intelligendus est rex: vniusquisque enim dominus alicuius virbis, regio titulo insignitus erat. ascēditq; & obsedit Someron, & pugnauit contra eam. Misitq; nuncios ad Achab regem Israel in civitatem. Et dixit ei: sic dixit Ben'hadad, argentum tuū meum est & aurū tuum meum est, & vxores tuae & filii tui boni mei sunt. Petit rex Syriae hæc pro cessatione ab oppugnatione civitatis Samariæ. argentum quidem & aurum ad habendum proprio iure: vxores autē ac filios bonos in obsides. Petit autem filios bonos ad differentiam filiorum regis qui non habebat in precio: ac si hodie diceremus filios tuos legitimos ad differentiam illegitimorum. Responditq; rex Israel & dixit: iuxta verbum tuum domine mi rex, tuus sum & omnia que sunt mihi. Consensit rex Israel.

Reuersi sunt autem nuncij. Non contentus rex Syriae petitis, iterum mittit nuncios multiplicando petita. & dixerunt: sic dixit Ben'hadad qui misit nos ad te. Iuxta Heb. habetur. quia misi ad te dicendo, argentum tuum & aurum tuum & vxores tuas & filios tuos mihi dabis. Verba sunt regis Syriae relata per eius nuncios regio nomine, repetit enim in primis quam fecerat petitionem, de argento & auro vxoribus & filiis ipsius regis: deinde addit nouam petitionem, subiungendo. Cras igitur hac eadem hora. Iuxta Hebreum habetur. Quid si sicut tempore crastino mittam seruos meos ad te, & scrutabunur domum tuam & domos seruorum tuorum? Affirmationi æquialiter huiusmodi interrogatio: exigit enim ut rex Israel admittat die crastino seruos regis Syriae ad accipiendo omnia optimâ tam ex domo regis quam ex domibus seruorum eius. Noua itaque petitio consistit in direptione totius ciuitatis quantum ad ea quæ sunt desiderabilia: hoc est quo ad preciosa quæque, nam ubi legitur. & omne quod is placuerit. Hebraicè habetur. & erit, omne desiderabile oculorum tuorum ponent in manibus suis & tollent. Pulchra ergo & preciosa quæque mobilia petit.

Vocauit autem rex Israel oēs seniores terra & ait, cognoscite quæsio & videte quoniam malū insidiatur nobis. Hebraicè habet. quod malum

TERTII REG.

malum iste querens: misit enim ad me pro uxoribus meis & pro filiis meis & pro argento meo & pro auro meo. & non abnui. Proponit rex senioribus terræ quod rex Syriæ non querit malum ipsius regis Israel solius, sed malum totius ciuitatis. & ad exagerandum petitionem, manifestat senibus quod primæ petitioni quæ ipsum regem solum tangebat non negauit assensum, sed habito illo assensu nouam hanc petitionem aduersus totam ciuitatem rex Syriæ addidit. Dixeruntque ad cum omnes seniores & totus populus: nō audias neque acquiescas. Respondit itaque nūc Ben'hadad: dicit domino meo regi, omnia pro quibus misisti ad seruum tuum in initio faciam, hanc autem rem non possum facere. Clara est respsus iuxta consilium senum & populi quod paratus erat adimplere primam petitionem, sed ab hac secunda se excusat. abieruntque nūc & regulerunt ei verbum.

Remisitq; ad cum Ben'hadad & ait: sic faciant mihi dū & sic addant si sufficerit puluis Someron pugillū totum pululi qui sequitur me. Iactantis potentiae ex multitudine pugnardum est, ex eo quod est tanta multitudo militum cum eo ut si quilibet pugillum terræ acciperet exhaustiret totus puluis Samariæ: hoc est tota terra ex qua cōstructi sunt aggeres in munimē murorum Samariæ. Respondit autem rex Israel & ait: dicite ei, Superfluit ei: subintelligitur tamen, ne glorietur accinctus aque ut discinctus. Hebraicè habetur, sicut solutor, sed sensus in idē redit: prouerbium enim obiecit rex Israel. Sonat autem prouerbium, ne glorietur accinctus ad prælium seu victoriam, si cut gloriatur soluens seu aperiens: hoc est qui iam vicit & aperit thesauros solvitque sacculos eorum qui vici sunt. multa enim intercedere possunt inter os & offam. Et hoc directe aduersus iactantiam regis Syriæ fuit: propter quod exicitatus magis rex Syriæ mandavit oppugnari ciuitatem. Et fuit cum audiret verbum hoc, bibebat ipse & reges in tabernaculo & dixit seruis suis, circundate ciuitatem. Hebraicè habetur, ponite, nec aliud adiungitur. Et immediate sequitur executio. & posuerant super ciuitatem. Interpres exposuit ponere verbo circundandi.

ET ecce propheta unus accessit ad Ach'ab regem Israel & ait, sic dixit dominus. Sine nomine quidem introducitor hic propheta, verax tamen & summi Dei propheta manifestatur ex subiunctis: nam Iehouah nominē prophetauit. certè vidisti. Hebraicè habetur, num vidisti totā multitudinem magnā hæc?

Pensen-

CAPVT XX.

265

Pesandam multitudinem magnam hostium proponit, vt magnitudo beneficii libretur. ecce ego trado eam in manum tuam hodie, vt scias. Hebraicè habetur. & scies, tam mirabili experimento, quod ego sum dominus. Et ait Ach'ab, per quem? Paruit quod Hebraicè habetur, in quo tradet mihi dominus hodie hanc multitudinem. & ait: sic dixit dominus, per pedissequos. Hebraicè habetur, in pueris principum prouinciarum. Pueri non ætate dicuntur, sed officio ministrati in re militari. principes enim prouinciarum proprios habebant iuuenes assistentes eis in armis. & ait, quis incipiet prælium? & dixit, tu. lunge subiunctam executionem: & perpende quod non quæsivit Ach'ab à propheta, quis inter nos Israélitas incipiet præliū, sed quis incipiet an rex Syriæ an ego. Quæsivit enim an expectandum esset quod hostes inciperent præliari, an ipsi Israélitatē deberent aggredi hostes. & propterea propheta respōdit, tu inchoabis prælium: hoc est tu cū gente tua pueris prouinciarum præcedentibus aggredieris hostes.

Recensuit ergo pueros principum prouinciarum, & fuerunt ducenti & trigintaduo: & post eos recensuit totum populum omnium filiorum Israel, septem milia. Et egressi sunt in meridiū: Benhadad autem bibebat ebrios in tabernaculo. Legendum est, in tabernaculo, ipse & trigintaduo reges, referuntur enim tabernacula multa ipsius & aliorum regum ab eis meridiani solis protegentia reges. cum eo. Superfluent iste dux dictiones, qui in auxiliū eius venerant. Egressi sunt autem pueri principum prouinciarū in prima fronte: misitq; Benhadad, qui nunc auerunt Legendū est. & nunc auerunt ei dicendo, viri egressi sunt de Someron. Et ait: si pro pace egressi sunt, capite eos viuos, & si ad præliū egressi sunt, viuos capite eos. Prius nunc auerunt regi egressum virorum de Samaria: deinde misit rex ad exercitum circa ciuitatem existentem, mandando quod siue pro pace, siue pro bello venient, non interficiant eos, sed apprehendant viuos, vere enim potatum viuus magnam confidentiam regi Syriæ dabat, vt pro nihilo haberet hostes & in potestate sua arbitraretur esse capere illos viuos. Egressi sunt ergo pueri principum prouinciarū de ciuitate et exercitus qui sequebatur eos. Et percusserit unus quisque, proculdubio puer principum prouinciarum. viuu contra se venientē, vt impleretur verbum prophetae. percusserit autem tanto facilius, quanto ad capiendum eos viuos veniebant Syri. fugeruntque Syri, & persecutus est eos Israel. Ecce victoria. &

L l euasi

enauit Ben'hadad rex Syria in equo cum equitibus suis. Hebraicē habetur. & equites. vt intelligamus pedites percussos fuisse, & versos in fugā: & ideo equites fugisse. Egressus est autem rex Irael, & percussit equos & currus: & percussit Syros plaga magna nimis. Superfluit dictio nimis.

Accepit autem propheta ad regem Irael. idem, vt par est credere. & dixit ei: vade confortare, & scito, & vide quod facias, sequenti enim anno rex Syria ascendet. Parvi refert quod Hebraicē habetur, in reuersione anni rex Aram ascendens contra te. tempus enim idoneum ad bellum sequentis anni significatur. Serui autem regis Syria dixerunt ei: dum montium sunt dum eorum, ideo superauerunt nos: veruntamen pugnemus contra eos in campis, & videbis quod superabimus eos. Vide exigitatem existimantium limitatam virtutem ad montes esse diuinam potentiam. Et rim hanc fac: amoue reges unumquemque de loco suo, & pone duces pro eis. Tu autem numerabis tibi exercitum secundū exercitum qui tibi cecidit, & equos secundū equos pristinos & currus secundū currus quos ante habuisti: & pugnabimus cōtra eos in campis, & videbis quod superabimus eos; audiuitq; vocē corū, & fecit sic.

Ezauit in reuersione anni, recensuit Benhadad Syros: & ascendit in Aphec ut pugnaret cōtra Irael. Porro filii Irael recensiti sunt, & acceperunt cibarū profecti sunt in occursum eorum: & castrametati sunt filii Irael contra eos quasi duo parvū greges caprarū, Syri autem repluerunt terram. Et accēpit vir Dei. Illemet creditur propheta qui præterito anno prædixerat: & nominatur Deus Elohim. & dixit ad regem Irael, sic dixit dominus: quia dixerūt Syri. Deus montium est dominus & non est Deus vallium. Hebraicē habetur. Eloha montium Iehouah & non Eloha vallium dabo totā multitudinem hāc magnam in manū tuā. Manifestē blasphemauerant ipsum fontē effendi summū Deū: & non ex merito Israeliteū, sed ad cōfutandā blasphemiam Syrorum, diuina iustitia manifestatur exercēda aduersus Syros. et sicuti quod ego sum dominus. experimento etiā hoc vos Israeliteū scietis quod ego sum Iehouah. Ita quod fructus duplex prædictor: & cōfutationis Syrorū, & notitiae Israeliteū. Dividebant itaque septem diebus ex aduerso hi atque illi acies. Legendū esset. Et castrametati sunt isti in regione illorū septem dies. modus enim castrandi & tempus describūtur. Septimo autem die cōmissum est præliū, percusseruntq; filii Irael de Syria centum milia peditū in die una. Fugerunt autem qui remāserunt in Aphec ad ciuitatem, & cecidit murus super viginti septem millia virorum qui remanserant.

Mirabilis Deus in tanta plaga. Ben'hadad autē fugiens ingressus est ciuitatē in cubiculū in cubiculo. hoc est ī peneralia dom⁹.

Dixeruntque ei servi eius: ecce obsecro audiuiimus quod reges dominus Israel clementes sint. Hebraicē habetur, reges gratia ipsi. Cōfidunt in gratia solita regum Israel. ponamus itaque. Licet litera sonet in uitationem regis ad simul eūdūm, subiūcta tamen testatur quod serui de seip̄is tantū loquuntur. & sic sonat hebraica litera. ponemus nunc saccos in lumbis nostris & funes in capitibus nostris & egrediemur ad regē Israel. forsitan viuiscebit anima tua. Petitur veniā ac vitā, signa assūnunt pœnitētū induentes saccos & apponētes funes in capitibus: loco quorū hodie ponūt cingulū in collo petētes veniā. Accinxeruntq; saccis lumbos suos & posuerūt funes in capitibus suis: venerantq; ad regē Israel & dixerunt, sequis tuus Benhadad dixit viuat quās anima mea: & dixit, si adhuc viuit frater meus est. Quod acceperūt viri pōmine: & festinantes rapuerūt verbum ex ore eius, & dixerunt, frater tuus Ben'hadad viuit. Superfluit viuit. Dixerat rex Israel si viuit frater meus ipse. respōdet statim affirmādo quod sub cōditione rex dixerat: videlicet q; Bēhadad est frater tuus. ex ilia enim cōditionali statim intulerūt hāc cōclusionē, quia sciebat ipsum viuire. & dixit ei, ite & adducite eum: egreßusque est ad eū Benhadad. Hinc appetat q; sine Bēhadad serui eius iuerūt supplices ad regē Israel. & ascēdere fecit eū in currū suū. Nō habetur in Hebreo suū: quanvis verisimile sit q; honorauerit eū tāquā fratrē ī proprio curru. Dixitq; ad eū: ciuitates quas iubil pater me⁹ ā patre tuo reddā. Cōditiones scribunt fœderis oblatæ ā rege Syriæ. & plateas fac tibi in Damasco sicut fecit pater meus in Sōmeron. An plateae ista forā significet venalū terum exēpta, an tribunalia dicēdi ius in plateis seu exigēdi vētigalia, non est certum. & ego fœderatus recede ā te. Iuxta Heb. habetur. & ego ā federe mittā te. Et sunt verba regis Israel responsua ad regem Syriæ. subaudiēdūt ēst in litera, & respōdit rex Irael & ego ā fœdere quod offers mittam te ā terram tuam. pepigitque cum eo fœdus, & dimisit cum.

Et vir m⁹ de filii prophetarū dixit ad sociū suū in sermone domini. hoc est mādādo ei ex parte dei: hūc enim sensū subiūtā inobedientia testat, p̄cutemē quās: at ille noluit eū p̄cutere. Dixitq; ei, quia nolūsti audire. Hebraicē habet, quia nō audīstī vocē domini. vt. n. alias diximus valde amicū fuit interpti. verbū nolo: millies. n. illud addidi, ecce recedes ā me, & p̄cuties te leo.

L. q. cōmque

TERTII R.E.G.

cumque paululum recessisset ab eo. Interpres addidit paululum; forte quia Hebraicē habetur. & iuit à latere eius, sed per hoc non scribitur an paululum aut multum iuerit. & inuenit eum leo & percusset eum. Inuenitque virum alium, & dixit percute me quo: & percusset eum & vulnerauit. Intellige diuino praecepto paruisse hunc percutientē, sic quod sanguis emanauerit. excusantur enim hęc, quia Deo iubente fiebant. Et ut subiuncta innuunt percussio fuit in capite, vt propheta proprii capitii vulnere representaret regi Israel vulnus ipsius regis in anima. assumpsit enim personam regis quatenus deliquerat rex parcendo regi Syrię: & propterea voluit etiam vulnere sui capitii testificari vulnus tum supremæ partis animi regis Israel, tum vulnus populi in rege illius capite. deliquerat enim rex Israel cōtra diuinū hōnḡē, parcēdo blasphemō sentiēti quod Iehouah esset Elohe mōtūm & nō vallū,

Abiit ergo propheta, & occurrit regi in via: & mutauit aspergōne pulueriu & oculos suos. Luxia Hebræum habetur. & mutauit se cum linteo super oculos suos. Dictio interpretata linteo, an vere esset linteum, noli cōtendere: plaga tamen suadet ut intelligamus linteum ad operiēdum plagā. solent enim vulnerati in capite inuoluere caput linteо: quod iste traxit usque ad oculos ne agnosceretur propheta, sed crederetur à rege unus de populo petens iustitiam, & sic rex daret sententiam contra scipsum regem neciens. Cumque rex transiisset. Legendum est. Et fuit rege trāscunte, ipse clamauit ad regum, nā transiēte rege clamauit, & dixit, seruus tuus egressus est ad praliandum dominus. Luxia Hebræum habetur in prope bellum, hoc est in locum propinquum loco belli. cumque fugisset vir unus. Hebraicē habetur. & ecce vir recessit. Quadrat autem vt de recessu fuge à castris intelligatur. adduxit eum quidam ad me. Hebraicē habetur. & venit ad me vir. Alter vir apprehēdens fugituum describitur. & ut subiuncta testantur, vir autoritatis singitur: alioquin non apposuisset subiunctā pecnam. Dixi singitur: quia non res gesta, sed parabola est ista, assumpta à propheta ad manifestandum regi Israel ipsius regis peccatum & pecnam. & dixit: custodi virum istum, si deficiendo deficiet, erit anima tua pro anima eius aut talentum argenti appendes. Dum autem ego turbatus es illucque me verterem, subito non cōparuit. Hebraicē habetur. Et fuit seruus tuus faciens hic & hic, & ipse non ipse. Occupationem variam sibi accidisse qua non aduertit quando

CAPVT XXI.

287

quando datus sibi in custodiam non est amplius visus, narrat. huiusmodi enim dispartitionem significat dicendo & ipse non ipse. & ait rex israel ad eum, hoc est iudicium tuum quod ipse desinisti. At ille statim abstergit puluerem de facie sua. Hebraicē habetur. Et festinavit & amouit linteum de super oculos suos. vt agnosceretur à rege post datam sententiam quod esset propheta. & agnouit cum rex Israel quod de prophetus esset. Et ait ad eum, sic dixi dominus: quia dimisiſſi virum dignum morte de manu tua. Hebraicē habetur. deſtructum meum (ieu virum retis mei) de manu. Si prima lectio placet, rex Syrię appellatur à Deo deſtructus meus, quia vere ipse deſtruxerat illius exercitum. Si vero secunda amplectitur lectio, vere quoque rex Syrię vir retis diuini dicitur, quia tanquam comprehensus intra rete fuit ab ipso Deo. est anima tua pro anima ipsius. Diuina iniuria in facto ſedēre cū rege Syrię hinc appetet. & populus tuus pro populo eius. Punitur ergo etiam populus pro peccato regis. Et abiit rex Israel in domum suam audire contemnens. Parui refert quod Hebraicē habetur potius tristitia quam contemptus. & furibundus: & venit in Sōmeron.

CAPVT XXI.

Et fuit post verba haec, vinea erat Naboth Iizrehelita qui erat in Iizrehel: iuxta palatium Ach'ab regis Sōmeron. Locutus est autem Ach'ab ad Naboth dicendo: da mihi vineam tuam & erit mihi in ortum olerum, quia vicina est prope domum meam: dabōque tibi pro ea vineam meliorē illa, aut si bonum in oculis tuis, dabo tibi argēum preciēius. Cui respondit Naboth: propitius sit mihi dominus. Hebraicē habetur. abit mihi a Iehouah ut dem hāreditatem patrum meorum tibi. Horrentis est alienate antiquam hāreditatem auorum.

Venit ergo Ach'ab in domum suam indignans & fīndens. Exdem dictiones sunt quæ in calce p̄cedentis capituli scriptæ sunt: puta, trifis & furibundus. passiones enim animi se sequentes significantur. super verbum quod locutus fuerat ad eum Naboth Iizrehelita, dicendo, non dabo tibi hāreditatem patrum meorum: decubuitque super lectum suum, & auerit faciem suam & non comedit panem. Ingressa est autem ad eum I'zebel uxoris eius: & dixit ei, quid est hoc unde spiritus tuus trifis est & tu non comedis panem? Quis respondit ei: locutus sum Naboth Iizrehelita & dixi ei, da mihi vineam tuam pro pecunia, aut si tibi placet, dabo tibi vineam pro ea. & dixit, nondabo tibi vineam meam. Di-

L 19 xiiij